



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

30. Maji. Illos in cælo pretiosissima corona manet, qui opera sua omni, quâ
possunt, agunt diligentîâ, nec enim sufficit opera per se bona facere, sed
bene facere. S. Ignat. ap. Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Si militia est vita hominis, cur ignavus stertis? cur ad difficultatem, & vel ad suspicionem vulneris impallefcis? Non est hoc pugnare, sed otio & inertia diffluere.

Turpè est gaudere velle stipendius, & nolle vigilias obire: turpiùs æterna sperare, & modici temporis labori se subducere.

30. Maji.

Illos in celo pretiosissima corona manet, qui opera sua omni, quâ possunt, agunt diligentia, nec enim sufficit opera per se bona facere, sed bene facere. S. Ignat. ap. Nolarc.

Aliud est bona facere, aliud bonum effici: nec enim quia bona feceris, continuò factus es bonus, nisi bene eadem feceris. Bona, & non bene facere, idem est, ac characteres, quos formas, liturâ obliterare.

Opus commendat artificem. Vel lineâ plùs valet Apellis, quàm mille imagines alterius, qui tabulæ colores illinere contentus, quos, non quomodo pingat, observat. Tu pingis æternitati.

Ponderantur in schola virtutis actus, non numerantur. Forma dat esse rei, non materia.



teria. Non tam quid muneris, quàm quomodo agas, te commendet.

Bene facere, est rem ad legum amissionem facere; suo rem quamque tempore & modo facere; à neutro vel latum unguem recedere. Sic qui agit, multum facit, esse non multa.

31. Maji.

*Præter omnia velim unumquemque vestrum cum zelo gloria Dei, proximorumque salutis, Jesu Christi Salvatoris nostri puro, & sincero amore lucere. S. Ignatius
Epist. de perf.*

Minùs te est, quidquid amas; infra te am descendis, dignitatem, quod aliquid præter Deum amas: omne enim illud terra est, aut sub terra natum, quibus te præposuit natura, turpiter infra illa te abjicit concupiscentia.

Licet omne aurum, quod ars hæctenus aut natura produxit, amore mercari potest, tanti emendum non esset; plus amare valet, quàm omnes thesauri.

Si creatis amorem tribuas, te perdis quia das non recuperaturus, das non redimitur; qui horum semel amore illaqueatus hæ-